VETUS TESTAMENTUM, UNVOLLSTäNDIG
Entstehungsort unbestimmt, Wende 12./13. Jh. Seite 84r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35407
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift



matri. extinguet lucerna eius in medius te
nebris. Hereditas ad quam festinat in prin
cipio. in nouissimo benedictione careb.
Ne dicas reddam malum pro malo. Expecta
dominum et liberabit te.

Abhominatio est apud dominum pondus et
pondus. Statera dolosa non est bona.
A domino dirigunt gressus uiri. Quis
autem hominum intelligere potest uiam suam.
Ruina est homini deuotare sanctos. et post
uota tractare. Dissipat impios rex sapi
ens. et curuat super eos fornicem. Lu
cerna domini spiraculum hominis. que inuesti
gat omnia secreta uentris. Misericordia et ue
ritas custodiunt regem. et roborabitur
clemencia thronus eius. Exultatio iuue
num fortitudo eorum. et dignitas senum ca
nicies. Liuor uulneris absterget mala.
xxi. et plage in secrecioribus uentris. Sicut
diuisiones aquarum ita cor regis in manu
domini. Quocumque voluerit inclinabit il
lud. Omnis uia uiri recta uidetur sibi. ap
pendit autem corda dominus.

Facere misericordiam et iudicium magis placet
domino quam uictime. Exaltacio oculo
rum et dilatacio cordis. lucerna impiorum pec
catum. Cogitaciones iusti semper in habun
dancia. omnis autem piger semper in egesta
te est. Qui congregat thezauros lin
gua mendacii uanus et excors est. et impi
gitur ad laqueos mortis. Rapine im
piorum detrahent eos. quia noluerunt facere
iudicium. Peruersa uia uiri aliena est.
qui autem mundus est rectum opus eius. Me
lius est sedere in angulo domatis. quam
cum muliere litigiosa. et in angulo con
muni. Anima impii desiderat malum.
non miserebitur proximo suo. Multato
pestilente sapiencior erit parvulus.
et si sectetur sapientem sumet sciam.
Excogitat iustus de domo impii. ut
detrahat impios a malo. Qui obturat
aurem ad clamorem pauperis. et ipse cla
mabit et non exaudietur. Munus abscon
ditum extinguit iras. et donum in sinu in
dignacionem maximam. Gaudium iusto est
facere iudicium. et pauor operantibus iniquitatem.

Vir qui errauerit a uia doctrine. in ce
tu gygantum commorabitur. Qui diligit
epulas in egestate erit. Qui amat ui
num et pinguia non ditabitur. Pro iusto
dabitur impius. et pro rectis iniquus. Melius est
habitare in terra deserta. quam cum mulie
re rixosa et iracunda. Thezaurus desidera
bilis et oleum in habitaculo iusti. et in pru
dens homo dissipauit illud. Qui sequi
tur iusticiam et misericordiam. inueniet uitam
et gloriam. Ciuitatem forcium ascendit sapi
ens. et destruxit robur fiducie eius. Qui
custodit os suum et linguam suam. custo
dit ab angustiis animam suam.

Superbus et arrogans uocatur indoctus.
qui in ira operatur superbiam. Desideria
occidunt pigrum. noluerunt enim quicquam
manus eius operari. Tota die concupiscit et
desiderat. qui autem iustus est tribuet et
non cessabit. Hostie impiorum abhomina
biles. que offeruntur ex scelere. Testis men
dax peribit. vir obediens loquetur uictori
am. Vir impius procaciter obfirmat ul
tum suum. qui autem rectus est corrigit uiam su
am. Non est sapiencia. non est prudencia. non
est consilium contra dominum. Equus paratur ad
diem belli. dominus autem salutem tribuet.
Melius est nomen bonum quam diuicie multe. xxii.
super aurum et argentum gracia bona. Diues
et pauper obuiauerunt sibi. utriusque est
operator dominus. Callidus uidet malum et
abscondit se. innocens pertransiet et
afflictus est dampno. Finis modestie
timor domini. diuicie et gloria et uita. Arma
et gladii in uia peruersi. custos autem
anime sue longe recedit ab eis. Prouer
bium est. Adolescens iuxta uiam suam. etiam
cum senuerit non recedit ab ea. Diues
pauperibus imperat. et qui accipit mutuum
seruus est fenerantis. Qui seminat in
iquitatem. metet mala. et iurga ire sue
consummabitur. Qui prius est ad misericordiam be
nedicetur. De panibus enim suis dedit pauperi.
Lice derisorem et exibit cum eo iurgium. ces
sabuntque cause et contumelie. Qui diligit
cordis munditiam propter graciam labi
orum suorum. habebit amicum regem. Oculi